

CEROPEGIA *Gen. Pl.* 222.

Species binas novas, ad hoc Genus proxime accedentes legi, quæ in fructificatione sat differentes & inter se & ad Species sunt. Descriptionem sistam utriusque.

α) **CEROPEGIA** floribus erectis fasciculatis subsessilibus, calycibus simplicibus. *Spec. nova.*

CAL. &c. conf. Mscr. descr.

β) **CEROPEGIA** calycibus involuero proprio auctis. *Spec. nov.*

CAL. &c. conf. Mscr. descr.

Notæ. Hæ ergo plantæ conjungunt species monogynas & digynas in ordine hoc naturalissimo. Harum Stigma sat bene explicat Stigmata reliquar. digynarum.

PERIPLOCA *Gen. Pl.* 225.

Hujus Generis quatuor, ut opinor, Species novas distinctasque, a plantis *Spec. Pl.* in flore sat diversas, legi, quoad fructificationem distincte describam.

α) **PERIPLOCA** foliis oblongis acuminatis; floribus axillaribus spicatis umbellatis; caulibus glabris implicatis. *Spec. nova.*

CAL. &c. vide Mscr. descr.

β) **PERIPLOCA** foliis cordatis, caule pubescente, inferius cortice fungoso ramoso; floribus sessilibus. *Spec. nova.*

CAL. &c. conf. Mscr. descr.

Nectaria ideo hujus ad Periplocam accedunt, sed

γ) **PERIPLOCA** foliis ellipticis obtusis glabris, floribus spicatis umbellatis. *Spec. nova.*

CAL. &c. conf. Mscr. descr.

Nectario magis discedit.

δ) **PERIPLOCOIDES.** *Descr. inter genera dubia.*

Hujus Corolla tubulato-campanulata: nectarium exterius connivens includit Corollam genitalium, qua a reliquis differt.

94. CUSCUTA. *Gen. Pl.*

Præter Epithimum flore quinquefido observatum in Hispania, duas insuper legi Species Americanas itidem flore quinquefido semper instructas, cum Sylo duplici. Harum